

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATA

RECOGNOVIT

BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

W. M. LINDSAY

IN VNIVERSITATE ANDREANA LITTERARVM HVMANIORVM PROFESSOR

EDITIO ALTERA

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

SIGLA

- A* = Vossianus Leidensis primus (Q 56), saec. xi
A^Λ = archetypum codicum *HTR*
B = Vossianus Leidensis secundus (Q 121), saec. xii
B^Λ = archetypum codicum *LPQfW*
C = Vossianus Leidensis tertius (F 89), saec. xiv
C^Λ = archetypum codicum *EXAV Epored. BGC*
cod. = codex archetypus qui solus est in hac parte testis
codd. = codices archetypi qui soli sunt in hac parte testes
D = Diezianum florilegium Berolinense (60), saec. xiv
E = Edinburgensis bibliothecae Facultatis Advocatorum,
 saec. x in.
Epored. = Eporediense fragmentum, saec. xi. Continet XIII
 i-cx
F = Florentinus membranaceus bibliothecae Laurentianae
 (xxxv 38), saec. xv
f = Florentinus chartaceus bibliothecae Laurentianae
 (xxxv 39), saec. xv
Fris. = Frisingensia excerpta bibliothecae Monacensis,
 (6292) saec. xi
G = Gudianus Wolfenbittelensis (157), saec. xii
H = Hauptii florilegium Vindobonense (277), saec. ix in.
 Continet Spect. xix-xxx, I iii-iv
Ital. = Italorum doctorum coniecturas codices et libri im-
 pressi qui exhibent
L = Lucensis bibliothecae regiae Berolinensis (fol. 612),
 saec. xii
M = marginalia Bongarsiana in libro impresso biblio-
 thecae publicae Bernensis (G 152)
N = Nostradamensia excerpta Parisina (188), saec. xiii
P = Palatinus Vaticanus (1696), saec. xv

SIGLA

- Q* = Arondellianus Musei Britannici (136), saec. xv
R = Vossianum florilegium Leidense (Q 86), saec. ix
T = Thuanum florilegium Parisinum (8071), saec. ix-x
V = Vaticanus (3294), saec. x
W = Wittianum fragmentum Perusiae repertum, saec.
xiii. Continet X xxxvii-xxxviii
X = Puteanus Parisinus (8067), saec. x

M. VAL. MARTIALIS

hos illi amicos et greges togatorum
Fuficulus praestat et Faventinus.

LXXV

Verbera securi solitus leo ferre magistri
insertamque pati blandus in ora manum
dedidit pacem subito feritate reversa,
quanta nec in Labyris debuit esse iugis.
nam duo de tenera puerula corpora turba,
sanguineam rastris quae renovabat humum,
saevos et infelix furiali dente peremit:
Martia non vidit maris harena nefas.
Exclamare libet: 'crudelis, perfide, praedo,
a nostra pueris parcere disce lupa!'

LXXVI

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,
cui nihil ipse dabas: hic tibi verba dedit?

LXXVII

Cosconi, qui longa putas epigrammata nostra,
utilis unguendis anibus esse potes.
hac tu credideris longum ratione colomem
et puerum Bruti dixeris esse brevem.
disce quod ignoras: Marci doctique Pedonis
saepe duplex unum pagina tractat opus.
non sunt longa quibus nihil est quod demere possis,
sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

LXXVIII

Aestivo serves ubi placem tempore, quaeris?
In thermis serve, Caecilliane, tuis.

LXXV hab. T

LXXVI hab. T

LXXVII hab. T

LXXVIII hab. R

i relinquit T

a urgendis Ital.

o cum T

dabat CA

s disce] dis T

LXXIX

Invitas tunc me cum scis, Nasica, vocasse.
Excussatum habeas me rogo: ceno domi.

LXXX

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit.
hic, rogo, non furor est, ne moriari, mori?

LXXXI

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit:
cum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila est.

LXXXII

Abscisa servom quid figis, Pontice, lingua?
nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

LXXXIII

Foedasti miserum, marite, moechum,
et se, qui fuerant prius, requirunt
trunci naribus auribusque voltus.
Credis te satis esse vindicatum?
erras: iste potest et irrumare.

LXXXIV

Mollis erat facilisque viris Poecantius heros:
vulnera sic Paridis dicitur ulla Venus.
cur lingat cunnum Sículus Sertorius, hoc est:
ab hoc occisus, Rufe, videtur Eryx.

LXXXV

Vimine clausa levi niveae custodia coctae,
hoc tibi Saturni tempore munus erit.

LXXIX hab. R : vocasse AAHA : vocatum CA

LXXX hab. R, et quidem ante LXXXVIII collocatum

a haec CA

LXXXI hab. R a scand- R (L ante corr.)

LXXXII hab. T : quid figis AA : quod figis BA (fort. pro

quod figis) : quid figis CA a nesci T : nescin Boverland

LXXXIII cum LXXXII conf. BA a et se qui Ital. : o se qui

BA : et si qui CA s trunci BA : trunci CA

LXXXIV s 4 novum epigr. CA 4 abe Ital. : ab coctae (ex C)

LXXXV hab. T : coctas BA (pro coctae) : coctas CA

XLVIII

Percidi gaudes, percisus, Papyle, ploras.
 cur, quae vis fieri, Papyle, facta doles?
 paenitet obscenae pruriginis? an magis illud
 fies, quod percidi, Papyle, desieris?

XLIX

Nescit, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce,
 qui tantum lusus illa iocosque vocat.
 ille magis ludit qui scribit prandia saevi
 Tereos aut cenam, crude Thyesta, tuam,
 aut puero liquidas aptantem Daedalon alas
 pascentem Siculas aut Polyphemon ovis.
 a nostris procul est omnis vesica libellis
 Musa nec insano syrmate nostra tumet.
 'Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.'
 Confiteor: laudant illa sed ista legunt.

L

Quid me, Thai, senem subinde dicis?
 nemo est, Thai, senex ad irrumandum.

LI

Cum tibi non essent sex milia, Caeciliane,
 ingenti late vectus es hexaphoro:
 postquam bis decies tribuit dea caeca sinumque
 ruperunt nummi, factus es, ecce, pedes.
 Quid tibi pro meritis et tantis laudibus optem?
 di reddant sellam, Caeciliane, tibi.

LII

Gestari iunctis nisi desinis, Hedyle, capris,
 qui modo ficus eras, iam caprificus eris.

XLVIII hab. T 1, 2, 4 phapyle T: Pamphile Ital. 3
 prudiginis corr. prur. ut vid. BA XLIX hab. T 1, 2
 Nescit . . . vocat AACA: Nescis . . . putas BA 1, 2
 a ista AA: illa BACA 4 trude CA ut vid. thyeste (thi.) codd.,
 fort. recte (-ta X) 6 pasc.) parcem T 9 laudent T L 1, 2
 Thais BA LI hab. T 1 esset (est) CA 3 tribuit decies CA

LIII

Hunc, quem saepe vides intra penetralia nostrae
 Pallados et templi limina, Cosme, novi
 cum baculo peraque senem, cui cana putrisque
 stat coma et in pectus sordida barba cadit,
 cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati,
 cui dat latratos obvia turba cibos,
 esse putas Cynicum deceptus imagine ficta:
 non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? Canis.

LIV

O cui Tarpeias licuit contingere quercus
 et meritas prima cingere fronde comas,
 si sapis, utaris totis, Colline, diebus
 extremumque tibi semper adesse putes.
 lanificas nulli tres exorare puellas
 contigit: observant quem statuere diem.
 divitior Crispo, Thrasea constantior ipso
 lautior et nitido sis Meliore licet:
 nil adicit penso Lachesis fusosque sororum
 explicat et semper de tribus una negat.

LV

Luci, gloria temporum tuorum,
 qui Caium veterem Tagumque nostrum
 Arpis cedere non sinis disertis:
 Argivas generatus inter urbes
 Thebas carmine cantet aut Mycenae,
 aut claram Rhodon aut libidinosae
 Ledaean Lacedaemonos palaestras:

LIII hab. T 1 nostra T: uestrae CA 3 canna CA (a. e.
 cana!) 6 das l. AA: dat l. BA: datus latrat CA 7 ficta AABA:
 falsa CA LIV a tingere et contingere (ctingere) BA (cf. u. 1)
 fronte BA 5 nullis BA: nulli CA 6 observat CA 10 neget
 BA: negat CA (neget F) N: secat Hainsius LV 1 duorum
 BA a Caium Ital.: gaium codd. 3 desertis CA ut vid. 4
 orbes CA ut vid. 5 aut BA: et CA

quae sulphurato nolit empta ramento
 Vatiniorum proxeneta fractorum,
 poeta quidam clancularius spargit
 et volt videri nostra. Credis hoc, Prisce?
 voce ut loquatur psittacus coturnicis
 et concupiscat esse Canus ascaules?
 Procul a libellis nigra sit meis fama,
 quos rumor alba gemmeus vehit pinna:
 cur ego laborem notus esse tam prave,
 constare gratis cum silentium possit?

IV

Qui legis Oedipoden caligantemque Thyesten,
 Colchidas et Scyllas, quid nisi monstra legis?
 quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopaeus et Attis,
 quid tibi dormitor proderit Endymion?
 exutusve puer pinnis labentibus? aut qui
 odit amatrices Hermaphroditus aquas?
 quid te vana iuvant miserae ludibria chartae?
 hoc lege, quod possit dicere vita 'Meum est.'
 non hic Centauros, non Gorgonas Harpyiasque
 invenies: hominem pagina nostra sapit.
 Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores
 nec te scire: legas Actia Callimachi.

V

Quisquis stolaee purpureae contemptor
 quos colere debet laesit impio veru,
 erret per urbem pontis exul et clivi,

III 4 vatiniurum proxeneta fragrorum CA 3 poeta om. CA
 7 loquat (-tur) spittacus CA 8 co. qui secanus aut caules CA
 9 laxa CA (X pro M) 10 rubor CA 11 constrare CA
 IV 6 dit CA ut vid. (Edit EXC, Audit AG) 7 luuat CA ut vid.
 8 vita om. CA 9 nec gor. BA: non gor. CA harpatiasque (-acti-)
 BA 12 Actia] etiam BA V vv. 1-5 hab. T 13 Q. labe
 leue CA (pro Q. istolaee, i. e. Q. stolaee) CA purpureae T
 3 urbis AA: urbem BACA clivus T (et fort. AA): clivis CA

interque raucos ultimus rogatores
 oret caninas panis improbi buccas.
 illi December longus et madens bruma
 clususque fornix triste frigus extendat:
 vocet beatos clamitetque felices
 Orciniana qui feruntur in sponda.
 At cum supremas fila venerint horae
 diesque tardus, sentiat canum litem
 abigatque moto noxias aves panno.
 Nec finiantur morte supplicis poenae,
 sed modo severi sectus Aeaci loris,
 nunc inquieti monte Sisyphei pressus,
 nunc inter undas garruli senis siccus
 delasset omnis fabulas poetarum:
 et cum fateri Furia iusserit verum,
 prodente clamet consuetudine 'Scripsi.'

VI

Felices, quibus urna dedit spectare coruscum
 solibus Arctois sideribusque ducem.
 quando erit ille dies quo campus et arbor et omnis
 lucebit Latia culta fenestra nuru?
 quando morae dulces longusque a Caesare pulvis
 totaque Flaminia Roma videnda via?
 quando eques et picti tunica Nilotide Mauri
 ibitis et populi vox erit una 'Venit'?

VII

Nympharum pater amniumque, Rhene,
 quicumque Odrusias bibunt pruinas,
 sic semper liquidis fruaris undis

4 ultimos T 5 canina BA 6 bacas T (a pro u) 7 fornex
 caed. 9 Orciniana CA, item ut vid. BA (-ini- PQ) in om. CA
 (sponda pro isponda. i. e. in a.) 11 canus BA (-nis Q) 12 seni CA
 VI hab. T 1 una T (et fort. AA) CA 4 latiae AA CA 5
 mora T duces CA a om. CA 6 tota (E) ut totaque (X) CA
 VII 1 omniumque CA

M. VALERII MARTIALIS

EPIGRAMMATA

POST W. HERAEUM

EDIDIT

D. R. SHACKLETON BAILEY



STVTGARDIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXCV

XVIII CONSPECTUS SCRIPTORUM RECENTIORUM

- Stegen¹ G. Stegen, 'Venus et Minerve', *LEC* 27 (1959), 28–30.
 Stegen² G. Stegen, 'Notes de lecture', *Latomus* 20 (1961), 846–849.
 Sullivan J. P. Sullivan, 'Martial's sexual attitudes', *Philol.* 123 (1979), 288–302.
 Todd F. A. Todd, 'Passages of Catullus, Martial, and Plautus', *CR* 56 (1941), 70–74 (74).
 Walter F. Walter, 'Zu einigen Dichterstellen', *PhW* 1940, 476.
 Watson L. C. Watson, 'Three women in Martial', *CQ* 33 (1983), 258–264.
 Wiman G. Wiman, 'Två Martialisställen', *Eranos* 23 (1925), 121–125.
 Wistrand E. Wistrand, 'De Martialis Epigr. VIII, 15 commentatiuncula', *Acta Universitatis Gotoburgensis* LX (1954), 9.

SIGLA

- α = archetypum codicum HTR(K)
 β = archetypum codicum LPQf
 γ = archetypum codicum EXAVBGC
 A = Vossianus Leidensis primus (Q 56), saec. XI
 B = Vossianus Leidensis secundus (Q 121), saec. XII
 Bonon. = Bononiensis 2221, saec. XIV
 C = Vossianus Leidensis tertius (F 89), saec. XIV
 E = Edinburgensis bibliothecae Facultatis Advocatorum, saec. X in.
 F = Florentinus membranaceus bibliothecae Laurentianae (XXXV, 38), saec. XV
 f = Florentinus chartaceus bibliothecae Laurentianae (XXXV, 39), saec. XV
 Fris. = Frisingensia excerpta bibliothecae Monacensis (6292), saec. XI
 G = Gudianus Wolfenbuttelensis (157), saec. XII
 H = Hauptu florilegium Vindobonense (277), saec. IX in.
 K = codex deperditus, ex Bonon., Vindob. 3, W in libro 'de Spectaculis' repetendus
 L = Lucensis, nunc Berolinensis (fol. 612), saec. XII
 M = Marginalia Bongarsii in libro impresso bibliothecae publicae Bernensis
 N = Nostrodamensia excerpta Parisina (188), saec. XIII
 P = Palatinus Vaticanus (1696), saec. XV
 Q = Arondellianus Musei Britannici (136), saec. XV
 R = Vossianum florilegium Leidense (Q 86), saec. IX
 T = Thuaneum florilegium Parisinum (8071), saec. IX–X
 V = Vaticanus (3294), saec. X

Vindob. 3 = Vindobonensis Lat. 316, saec. XV
 W = Westmonasteriensis 15, saec. XIII
 X = Puteaneus Parisinus (8067), saec. X
 S = 'Itali' (v. p. VI et VII)
 edd. = editores recentiores, i.e. Duff, Lindsay, Heraeus, Izaac, Giarratano

De uncis et stellulis in apparatu critico v. praef. p. XI.
 Heraeum secutus siglis αβγ 'commoditatis causa interdum etiam ipsas familias notavi.'

MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER

1

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis,
 Assyrius iactet nec Babylona labor;
 nec Triviae templo molles laudentur Iones,
 dissimulet Delon cornibus ara frequens;
 aëre nec vacuo pendentia Mausolea
 laudibus immodicis Cares in astra ferant.
 omnis Caesareo cedit labor Amphitheatro,
 unum pro cunctis fama loquetur opus.

5

2

Hic ubi sidereus propius videt astra colossus
 et crescunt media pegmata celsa via,
 invidiosa feri radiabant atria regis
 unaque iam tota stabat in urbe domus.
 hic ubi conspicui venerabilis Amphitheatri
 erigitur moles, stagna Neronis erant.
 hic ubi miramur velocia munera thermas,
 abstulerat miseris tecta superbus ager.
 Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
 ultima pars aulae deficientis erat.
 reddita Roma sibi est et sunt te praeside, Caesar,
 deliciae populi, quae fuerant domini.

5

10

1 (TK; *deest in Bonon.*) 2 Assyrius *ed. Ferrar.*: assiduus
 T(K) 3 Iones *ed. Rom.*: honores T(K) 4 Delon *Gronovius*:
 deion T; que deum (K) 8 loquetur T: -uatur *Vindob.* 3: loq̄tur W
 2 (TK; *deest in Bonon.*) 2 pegmata] *vide Boethium* 3 feri
Vindob. 3: fieri TW 11 roma sibi W *corr.*, 5: s-r- (K): r-T

70

Non vis in solio prius lavari
quemquam, Cotile: causa quae, nisi haec est,
undis ne fovearis irrumatis?
primus te licet abluas, necesse est
ante hic mentula quam caput lavetur.

5

71

Candidius nihil est te, Caeciliane. notavi,
si quando ex nostris disticha pauca lego,
protinus aut Marsi recitas aut scripta Catulli.
hoc mihi das, tamquam deteriora legas,
ut collata magis placeant mea? credimus istud;
malo tamen recites, Caeciliane, tua.

5

72

Hesternum factum narratur, Postume, cena
quod nollem – quis enim talia facta probet? –
os tibi percusum quanto non ipse Latinus
vili Panniculi percutit ora sono:
quodque magis mirum est, auctorem criminis huius
Caecilium tota rumor in urbe sonat.
esse negas factum: vis hoc me credere? credo.
quid quod habet testes, Postume, Caecilium?

5

73

(Quid faciat se scire Lyrus negat ebria semper.)
quid faciat vult scire Lyrus? quod sobria: fellat.

- 70 2 cotile vel coyle γ: coile vel coyle β
71 (T) 1 candidus βγ: gallidius (pro ca-) T 5 istud T γ:
illud β
72 (T. R 1-2) 8 vide Prinz¹
73 suppl. Munro, appr. Housman², 1102 2 quod βγ: quid P
sobria β: fortia γ

74

Cinctum togatis post et ante Saufeium,
quanta reduci Regulus solet turba,
ad alta tonsum templa cum reum misit,
Materne, cernis? invidere nolito.
comitatus iste sit precor tuus numquam.
hos illi amicos et greges togatorum
Fuficulus praestat et Faventinus.

5

75

Verbera securi solitus leo ferre magistri
insertamque pati blandus in ora manum
dedit pacem subito feritate reversa,
quanta nec in Libycis debuit esse iugis.
nam duo de tenera puerilia corpora turba,
sanguineam rastris quae renovabat humum,
saevus et infelix furiali dente peremit:
Marta non vidit maius harena nefas.
exclamare libet: 'crudelis, perfide, praedo,
a nostra pueris parcere disce lupa!'

5

10

76

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,
cui nihil ipse dabas: hic tibi verba dedit.

77

Cosconi, qui longa putas epigrammata nostra,
utilis unguendis axibus esse potes.
hac tu credideris longum ratione colosson
et puerum Bruti dixeris esse brevem.

- 75 (T)
76 (T) 2 hic ... dedit interrogative Gilbert, edd.; at vide SB³
77 (T) 2 interpr. Housman³

disce quod ignoras: Marsi doctique Pedonis
 saepe duplex unum pagina tractat opus.
 non sunt longa quibus nihil est quod demere possis,
 sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

78

Aestivo serves ubi piscem tempore, quaeris?
 in thermis serva, Caeciliane, tuis.

79

Invitas tunc me cum scis, Nasica, vocasse.
 excusatum habeas me rogo: ceno domi.

80

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit.
 hic, rogo, non furor est, ne moriari, mori?

81

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
 cum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila est.

82

Abscisa servum quid figis, Pontice, lingua?
 nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

78 (R)

79 (R) 1 uocasse Rβ: -atum γ 2 ab excusatione parum
 humana (potuit enim dici 'vocavi') Nasica artem suam deprehen-
 sam sentiet

80 (R, ante 78)

81 (R)

82 (T) 1 quid figis T: q- fingis γ: quod fugis β

83

Foedasti miserum, marite, moechum,
 et se, qui fuerant prius, requirunt
 trunci naribus auribusque vultus.
 credis te satis esse vindicatum?
 erras: iste potest et irrumare.

5

84

Mollis erat facilisque viris Poeantius heros:
 vulnera sic Paridis dicitur ulta Venus.
 cur lingat cunnum Siculus Sertorius, hoc est:
 alter ab hoc caesus, Rufe, videtur Eryx.

85

Vimine clausa levi niveae custodia coctae
 hoc tibi Saturni tempore munus erit.
 dona quod aestatis misi tibi mense Decembri
 si quereris, rasam tu mihi mitte togam.

86

Quod nec carmine gloriator supino
 nec retro lego Sotaden cinaedum,
 nusquam Graecula quod recantat echo
 nec dictat mihi luculentus Artis
 mollem debilitate galliambon,
 non sum, Classice, iam malus poeta.
 quid si per gracilis vias petauri
 invitum iubeas subire Ladan?

5

83 5 vide SB¹

84 4 alter ab hoc caesus Delz (acer ab hoc c- vel trux occisus
 ab hoc coniecerat Heraeus): ab (ex C) hoc occisus βγ

85 (T) 2 hoc| abl., opinor

86 6 iam SB¹: tam βγ

48

Percidi gaudes, percisus, Papyle, ploras.
 cur, quae vis fieri, Papyle, facta doles?
 paenitet obscenae pruriginis? an magis illud
 fles, quod percidi, Papyle, desieris?

49

Nescit, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce,
 qui tantum lusus illa iocosque vocat.
 ille magis ludit qui scribit prandia saevi
 Tereos aut cenam, crude Thyesta, tuam,
 aut puero liquidas aptantem Daedalon alas,
 pascentem Siculas aut Polyphemon ovis.
 a nostris procul est omnis vesica libellis,
 Musa nec insano syrmate nostra tumet.
 'illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.'
 confiteor: laudant illa sed ista legunt.

50

Quid me, Thai, senem subinde dicis?
 nemo est, Thai, senex ad irrumandum.

51

Cum tibi non essent sex milia, Caeciliane,
 ingenti late vectus es hexaphoro:

48 (T) 1 et 2 et 4 Papyle] (y in hoc nom. omnibus fere locis
 testes aliquos habet, cf. Plin. n. h. 36, 33 Πάπυλος Bull. corr. hell.
 IX 80 (tit. aet. Claud.), al. Pamphile It. ubique, hic illic etiam β,
 Papyle vg.)

49 (T) 1 nescit Ty: -is β 2 illa βγ: ista T uocat Ty:
 putas β 4 thyesta ζ: -te codd.

postquam bis decies tribuit dea caeca sinumque
 ruperunt nummi, factus es, ecce, pedes.
 quid tibi pro meritis et tantis laudibus optem?
 di reddant sellam, Caeciliane, tibi.

52

Gestari iunctis nisi desinis, Hedyle, capris,
 qui modo ficus erat, iam caprificus erit.

53

Hunc, quem saepe vides intra penetralia nostrae
 Pallados et templi limina, Cosme, novi
 cum baculo peraque senem, cui cana putrisque
 stat coma et in pectus sordida barba cadit,
 cerea quem nudi regit uxor abolla grabati,
 cui dat latratos obvia turba cibos,
 esse putas Cynicum deceptus imagine ficta:
 non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? canis.

54

O cui Tarpeias licuit contingere quercus
 et meritas prima cingere fronde comas,
 si sapi, utaris totis, Colline, diebus
 extremumque tibi semper adesse putes.

51 (T) 3 decies tribuit Tβ: t-d-γ 5 et tantis] (t. et transp.
 Marx (cf. ad 1, 92, 5), idem 7, 52, 3 Celtas et. est tamen quod
 dubites)

52 2 erat (L: cf. SB¹) ... erit SB¹: eras ... eris βγ

53 (T) 1 nostrae β: -a T: uestrae γ 6 dat latratos β: das l-
 T: datus latrat γ 7 ficta Tβ: falsa γ

3

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
et foeda linguae probra circulatricis,
quae sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorem proxeneta fractorum,
poeta quidam clancularius spargit
et vult videri nostra. credis hoc, Prisce?
voce ut loquatur psittacus coturnicis
et concupiscat esse Canus ascaules?
procul a libellis nigra sit meis fama,
quos rumor alba gemmeus vehit pinna:
cur ego laborem notus esse tam prave,
constare gratis cum silentium possit?

4

Qui legis Oedipoden caligantemque Thyesten,
Colchidas et Scyllas, quid nisi monstra legis?
quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopaeus et Attis,
quid tibi dormitor proderit Endymion,
exutusve puer pinnis labentibus, aut qui
odit amatrices Hermaphroditus aquas?
quid te vana iuvant miserae ludibria chartae?
hoc lege, quod possit dicere vita 'meum est.'
non hic Centauros, non Gorgonas Harpyiasque
invenies: hominem pagina nostra sapit.
sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores
nec te scire: legas Aetia Callimachi.

4 2 nisi] *malim mihi* (SB¹) 8 de constructione vide SB¹

5

Quisquis stolaeve purpuraeve contemptor
quos colere debet laesit impio versu,
erret per urbem pontis exul et clivi,
interque raucos ultimus rogatores
oret caninas panis improbi buccas.
illi December longus et madens bruma
clususque fornix triste frigus extendat:
vocet beatos clamitetque felices
Orciviana qui feruntur in sponda.
at cum supremas fila venerint horae
diesque tardus, sentiat canum litem
abigatque moto noxias aves panno.
nec finiantur morte simplici poenae,
sed modo severi sectus Aeaci loris,
nunc inquieti monte Sisyphi pressus,
nunc inter undas garruli senis siccus
delasset omnis fabulas poetarum:
et cum fateri Furia iusserit verum,
prodente clamet conscientia 'scripsi.'

6

Felices, quibus urna dedit spectare coruscum
solibus Arctois sideribusque ducem.
quando erit ille dies, quo campus et arbor et omnis
lucebit Latia culta fenestra nuru?
quando morae dulces longusque a Caesare pulvis
totaque Flaminia Roma videnda via?
quando eques et picti tunica Nilotide Mauri
ibitis et populi vox erit una 'venit'?

5 (T 1-5) 3 urbis pontes ... clivos T (*aperta interpol.*) 9
orciviana γ L f : arcini- PQ (*vide* SB¹) 13 simplici vel suppl- SB¹ :
supplicis β γ : simplices *Scrivenerius*
6 (T) 1-2 *vide Clarke*